

Dapia Cisalpine gallie vrbs Ticini nomine vetustior. Quā plim⁹ velle videtur fuisse conditā a populis leuijs et maricis qui fuerūt transalpini. Teste vero paulo longobardo hystorico Assueri per sarum regis tempibus a gallis Senonensib⁹ et⁹ fundamēta iacta sunt. Verus longe ante insubres galli vicatim locū inhabitauerē. Hec in marginib⁹ Ticini flumis ex verbano lacu quē nunc maiorē dicunt effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trahit. Et a Ticino flumie Ticinū appellat⁹ vbi insignis scipionis de hannibale victoria extitit. Eam urbē situ et aeris salubritate amenissimā reges Ostrogothoz et postea longobardoz libenter incoluerūt. Unde apud ipam multa fuerūt preclare gesta. Et ppter ea cū mediolano magnitudine facie. antiq̄tate. ac dignitate diu contēdit. Verū nūc mediolanū plurimū excellit: Ambe tamē et nūc et olim clare illustresq̄ fuere. Eam ciuitatē athila rex hunoz direptam vastauit: et cū paulo post instaurata esset Odoacer Eruloz rex Orestē patriciū Augustuli nup genitorē in eo obsessum viq̄ captū interfecit. Ticinūq̄ vrbs crudeliter ab eo direpta atq̄ vastata est: vbi tunc cedēs maxima fuit ciuiū romanorū quātū nūquā alibi post romani imperij inclinationē cōmissa fuerat. Rudolfo aut burgundo ytalie regnum occupante: p septimi Stephani pontificis tēpa vngari salado duce ytaliā ingressi papiā obsessam captāq̄ ferro igniq̄ vastarūt. Interea Agapit⁹ pontifex roman⁹ ytalieq̄ pceres et populi berengarij et alberti filij tyrannidē exosi. Ottonē primū ex germania in ytaliā vocauerūt: tumq̄ ytalia a malis que diu fuerat ppeffa respirare cepit. Bertharit longobardoz rex monasteriū sancte Agathe et theadolinda regina ecclesiā sancte Aldarie ad pticas in ea ciuitate cōstruxerūt. Et Linthprand⁹ longobardoz rex ossa beati Augustini ex Sardinia papiā vbi veneratissime seruāf deferri curauit. et sepulchz ex cādidiſſimo marmore mira celeritate structū est: aspectu pulcherrimū. Idemq̄ rex monasteriū beati Petri cellula aurea appellatū: et apud holonam vbi curiam sepe reges tenuerūt monasteriū sancti Anastasij martyris edificauit: Hondiberta regina ecclesiam sancti Johānis baptiste. Et petrus epus linthprandi regis cōsanguine⁹ ecciaz sancti Sauii papie construxerūt. Et⁹ postea exornande vrbs p ceteris Johānes galeatus maria vicecomes prim⁹ Mediolanensium dux multam adhibuit diligentia. Nā post multa ibidē accuratissime fabrefacta castellū magnificentissimū regio apparatu cū amplissima biblioteca struxit. Et iuxta castellū ingentem lucū muris cinxit: in quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiōes cōstituit. In cui⁹ medio supbissimū monasterium ordinis carthusiensij cū eius sepulchro ingenti impēsa fabrefecit. Luci ipius ambit⁹ est centū et viginti cubitorum. Habet nūc Papia in gymnasijs multos iurium ciuilis et pontificij ac pbie et medicine scientia claros. Venit aut multos preclaros viros sed qui sanctitate et disciplinis p̄cipue excelluerūt Syr⁹ et⁹ vrbs ep̄s doctrina et sc̄titate laudatissim⁹. Enodi⁹ poeta eloquetissim⁹. Habuit et Antoniū Guayneriū medicū sua etate celeberrimū q̄ in curis medicinalib⁹ multa cōposuit. Et cattonē sacū. Silanū nigrū et alios.

Dapia

